

DE VARIOLIS

benè dispositæ conueniens alimentum infantibus videtur. Deinde compertum est, variolas exortas fuisse, foetu adhuc in vtero existente, aut paulò post partum. Relinquitur igitur causam illam communem ab vtero esse, vitio aut seminis, vnde formantur partes spermaticæ: vel materni sang. vnde nutriuntur & viscera concreta sunt. Verùm morbi contracti vitio seminis tenacissimè adhærent, nec vnquam facile eradicantur; sed semel geniti, aut perpetuò manent, aut sæpè facileq; recurrunt.

Duplex
materia
variol. &
morbil.

14. Superest igitur, causam istam referendam esse ad menstr. siue mater. sang. quo foetus in vtero nutritur; cuius vis in puerili corpore maximè viget, ob relictas geminas impuritates, prauamq; qualitatem in partibus: vnde sæpè post ortum aliqua humorum pars inquinatur, eaq; potissimùm, quæ ex vitioso alimento gignitur. Quare Auic. duplicem materiam variol. & morbil. statuit: vnã omnibus communem, reliquias illas nutrimenti foetus in vtero: alteram propriam, humores genitos ex alimentis vitiosis. Nam ex solis impuritatibus sang. materni, relictis in foetu, tanta variol. & morbil. copia, quantam sæpè videmus in ætate prouectis non oritur. Deinde credibile non est, illas impuritates tam longo tempore easdem prorsus numero in corpore manere, licet Isaaco probabile videatur: sed potius ex materno sang. remanere aliquid in substantia partium, quod deinde cum affectu, quem solidæ partes contraxerunt, semper nonnullos humores ad talem corruptionem dispositos, ex illis qui assiduè gignuntur, inficit; donec omnis huiusmodi materia aliena & inquinamenta partium, impetu naturæ separentur.

Quare non
statim la-
borat fœ-
tus in vte.

15. Verùm ab illis inquinamentis sang. materni laborat non statim foetus in vtero: nec infans semper post ortum: sed diu in corpore latere possunt, vel quia naturæ ita molestæ

non